



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,  
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia  
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliae  
aliquot piæ, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

**Haimo <Altissiodorensis>**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1551**

**VD16 H 222**

Feria iiij. pentecostes

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39335**

ait: [Ego ueni ut uitam habeant,] hoc est, fidem  
 quæ per dilectionem operatur, per quam fidem in  
 ouile ingrediuntur ut uiuant, quia iustus ex fide ui  
 uit. [Et abundantius habeant,] quia perseueran  
 do usq; in finem per illud ostium, id est, per fidem  
 Christi egrediuntur, quoniam uiri fideles moriun  
 tur, & abundantius habebunt uitam, ueniendo  
 quo pastor ille præcessit, ubi nunquã deinde mo  
 riantur. Quauis ergo & hic in ipso ouili non de  
 finit pascua, quoniam ad utrunq; possumus intelli  
 gere quod dictũ est, [Et pascua inueniet,] id est,  
 ad ingressum & ad egressum, tamen tunc uera  
 pascua inuenient, ubi saturentur qui esuriunt & si  
 tiunt iustitiam. qualia pascua inuenit, cui dictum  
 est. Hodie mecum eris in paradiso.

Luc. 23.

FERIA QVARTA PEN  
 tecostes. Actuum II.

In diebus illis Stans Petrus cum unde  
 cim, eleuauit uocem suam, & locutus est eis  
 Viri Iudæi, & qui habitatis Ierusalem uni  
 uersi, hoc uobis notum sit, & auribus perci  
 pite uerba mea. Et reliqua.

**P**ost aduentum spũ sancti in apostolos, quem  
 adhuc præsentis festiuitate celebramus, Iudæi  
 audientes apostolos plenos ipũ sancto, omni  
 um genera linguarum loquentes, stupebant ualde  
 & ad mirabantur Alij autem deridentes, dicebant,  
 quia musto repleti sunt. Ignorantes tamen, uera di  
 cebant, quia musto spiritalis gratiæ erant repleti.

Matt. 9.  
Ro. 7.

Jam em̄ uinũ nouũ in utres nouos uenerat, cũ apo  
 stoli nõ in uetustate literæ, sed in nouitate spiritus  
 dei magna fia resonarent. Tunc [Stans Petrus cum

undecim, Iut in presenti lectione audistis. [eleua-  
uit uocem suam & dixit: Viri Iudae, & qui habita-  
tis Ierusalem uniuersi, hoc uobis notum sit, & au-  
ribus percipite uerba mea.

Non enim sicut uos existimatis, hi ebrj sunt,  
cum sit hora diei tertia. ] Spiritus sanctus gloriam  
indiuiduali trinitatis mundo predicaturus, tertia  
conuenienter hora descendit super apostolos, qui  
erant in oratione perseverantes. Recte autem spi-  
ritus sanctum orationis hora percipiunt, ut ostē-  
datur legentibus, quia spiritus sancti gratia nō fa-  
cile percipitur, nisi mens a carnalibus suspensa,  
ad superna semper meditanda eleuetur.

sed hoc est quod dictum est per Prophetam,  
Effundam de spiritu meo super omnem carnem. ] **Ioel. 2**

In uerbo effusionis, ostendit muneris largitatē,  
& non ut olim prophetis & sacerdotibus tantum  
datus spiritus sanctus, sed creditibus omnibus pas-  
sim in utroque sexu conditionibus & personis, ea-  
dem esset gratia concessa.

Et dabo prodigia in caelo sursum, & signa in  
terra deorsum. ] Prodigia in caelo, dño nascēte, no-  
uum sydus apparuit: illo crucem ascendere sol ob-  
scuratus est, sed & ipsum caelum tenebris est obdu-  
ctum. Signa in terra, quae domino spiritum emit-  
tente cōtremit, monumenta aperuit, saxa scidit,  
& multa quae dormierant sanctorum corpora, re-  
dimita protulit.

Sanguinem & ignem & uaporem fumi.

Sanguinem de latere suo emanātem dedit, quo  
torius mūdi salus, pcessit. & maledictio deleta, & to-  
ta terra est sanctificata. Ignē autē, id est, sp̄s sanctū

didit, qui exurit omnia uitia & peccata in homine.  
Vaporem, id est gratiam cōpunctōnis & fletuum.  
Potest etiā ingne, fidelium illuminatio: in uapore  
fumi, Iudæorū, q̄ nō crediderunt, cæcitas intelligi.

Et erit, omnis qui inuocauerit nomē do-  
mini, saluus erit. ¶ Hoc est quod Petrus alibi ait:  
Act. 10 Quia non est personæ acceptor deus, sed in omni  
gēte qui timet eum, & operatur iustitiā, acceptus  
est illi. Quæ cum ita sint, peripice o homo quan-  
tum ualeas, & perpende quid debeas, ut tandem  
uilis esse tibi desinas, ut uel per hoc erubescendis  
subiacere uitijs dedigneris, dū generositatem tuā  
de creatoris ac reparatoris dignitate imiteris. Ha-  
bet causas q̄bus se ipse cōfundat. Cur dignis domi-  
nis fīcto corde subdatur, cui gloria promittitur æ-  
terna? Ac si gemino priuilegio, diuinę imaginis  
participatione uidebaris honoratus, efficeris cōmer-  
cij nobilitate preciosus. Vnde ergo tam fortis esse  
possis contra hostem tuum, interroga statum tuū,  
q̄ tibi dominus ad bellandum in mēbris tuis mun-  
di principem, ac spirituales nequitas superandas, li-  
beram cōtulerit facultatem. Ac sic impossibile nō  
putes, te trāsferri ut cælestia obtineas, si aereas de-  
uiceris potestates. Non ergo te degenerem ac de-  
spectum faciat uita, quem uel factura probatur il-  
lustrē protulisse, uel gratia: sed cursum suum fide-  
les Christi ad superna fidutialiter attollant. Nam  
q̄ se cælesti precio uident redēptos, ad cælestia nō  
dubitēt p̄paratos, per dñm nostrū Iesum Christū,  
cui est honor & gloria in secula seculorū. Amen.

¶ FERIA QUARTA PEN

tecostes. Iohan. VI.

In illo temore dixit Iesus turbis Iudeo-  
rum, Nemo potest uenire ad me, nisi pater q̄  
miserit me, traxerit eum. Et reliqua.

**Q**uid est, nemo potest uenire ad me, nisi quia  
nemo potest credere in me, nisi pater q̄ mi-  
serit me, traxerit eum? Ille uenit, quem gratia  
dei præuenit, cui cum Proheta dicamus: Miseri- Psa. 58.  
cordia eius præueniet me. Et iterum: Misericordia P sal. 22.  
eius subsequetur me. Præueniet uelle, subsequetur  
perficere. Trahit aut̄ pater ad filiū eos, q̄ p̄pter ea  
credunt in filiū, quia eū cogitāt patrē habere deū.  
Deus enim pater æqualem sibi genuit filium. & q̄  
cogitat atq; in fide sua sentit & ruminat æqualem  
esse patri eum in quē credidit, ipsum trahit pater  
ad filium. Qui em̄ Christo dicit, Non est deus ue-  
rus, non trahit eum pater, sed sua peruersa cogita-  
tio trahit eum ueritati nō cōsentire. Ille tracto est Mat. 16.  
a patre, q̄ ait. Tu es Christus filius dei uiui, cui do-  
minus inquit, Beatus es Simon Bariona, quia caro  
& sanguis nō reuelauit tibi, sed pater meus qui in  
cælis est. Ipsa reuelatio, ipsa est attractio. Dum em̄  
dixit, [Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui  
miserit me, traxerit eum,] continuo subiunxit:

Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.

¶ Reddidit q̄d sperat, uidebit quod adhuc nō ui-  
dendo credidit, manducabit quod esuriit, satiabi-  
tur eo quod sitit. Vbi? In resurrectione mortuorum:  
quia ego resuscitabo eum in nouissimo die.

Est scriptum in prophetis, Et erunt omnes Iere. 31.  
docibiles dei.

Quare hoc dixit o Iudæi? pater uos non docu-

it, quomodo potestis me cognoscere? Omnes re-  
gni illius homines, docibiles dei erunt, non ab ho-  
minibus audient. Et si ab hominibus audiunt, ta-  
men quod intelligunt, intus datur, intus coruscant,  
intus reuelatur. Homines foris uerbum sonare pos-  
sunt, sed in uanum laborant, nisi intus deus docens  
aperiat sensum. Ille est deo docibilis, quem deus in-  
tus ueritatis instruit agnitione & amore.

Omnis qui audiuit a patre & didicit, ue-  
nit ad me. ] quomodo trahit pater docendo & dele-  
ctat, non necessitate ponendo? Quia nemo neces-  
sitate credit, sed uoluntate. Filius dicebat, pater  
docebat. Homo qui uidebatur, loquebatur: sed deus  
in corde audientis interius docebat. Ideo subiugit.

Non quia patrem uidit quisquam, nisi is  
qui est a deo, hic uidet patrem. ] Ego sum a patre,  
& ideo patrem uideo. Quid est autem trahi a patre, ut  
si discere a patre? Quid est discere a patre, nisi au-  
dire patrem, nisi audire uerbum patris, id est, me?  
Ne forte ergo cum dico uobis, [ Omnis qui audiuit  
a patre & didicit, ] dicatis apud uos: Sed nunquam uidi-  
mus patrem, quomodo autem discere potuimus a patre?  
a me ipso audire. [ Non quia patrem uidit quisquam,  
sed is qui est a deo, hic uidet patrem. ] Ego non a pa-  
tre, ab illo sum: sed quomodo uerbum, ab illo cui  
us est uerbum, non quod sonat & transit, sed quod  
manet cum dicente, & trahit audientem.

Amen amen dico uobis, qui credit in me  
habet uitam eternam. ] Reuelare se uoluit do-  
minus quid esset. Nam compendio dicere potuit:  
Qui credit in me, habet me. Ipse enim Christus ue-  
rus deus & uita eterna. Qui ergo credit in me, ue-

nit ad me: & qui uenit ad me, habet me. Quid est autem habere me? Habere uitam æternam. Mortem assumpsit uita æterna, mori uoluit, sed de tuo homo, non de suo. Accepit a te, ut moreretur, pro te. Assumpsit ergo uita mortem, ut uita occideret mortem. Nam qui credit, inquit, habet uitam æternam, non quod patet, sed quod latet. Vita enim æterna est uerbum quod in principio erat apud deum, & deus erat uerbum, & uita erat lux hominum. Mori uenit, sed tertia die resurrexit.

Ego sum (inquit) panis uitæ. Et unde superbiebant? [Patres uestri] inquit [manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt.] Quare manducauerunt, & mortui sunt? Quia quod uidebant, credebant: quod non uidebant, non intelligebant. Ideo patres uestri, quia similes citis illorum, murmuratores patres murmuratorum filiorum. Manducauerunt Moyses & Aaron, & cæteri sancti qui fuerunt in populo, manna manducauerunt, & non mortui sunt, quia spiritualiter uisibilem cibum intellexerunt, spiritualiter esurientes. Alii manducauerunt, & permanserunt in infidelitate sicut Iudæi audierunt loquentem Christum, sed non spiritualiter uerba eius intellexerunt, ideo dixit eis: [Patres uestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt.] Qua morte nisi infidelitatis? nam in communi morte mortui sunt & sancti qui fuerunt inter eos. Ideo signauit dominus his uerbis mortem spiritalem non carnalem. Patres ergo istorum mali patres malorum, infideles patres infidelium, murmuratores patres murmuratorum. Nam de nulla re magis deum offendit, sic ille populus dicitur, qui contra deum murmurando. Ideo nolens dominus ostendere talium filios, hinc ad eos cepit: Quid mur

Exo. 16.

muratis inuicem murmuratores, filij murmuratorum: [Patres uestri manducauerunt in deserto manna, & mortui sunt.] Non quia malu erat, sed quia male manducauerunt. [Hic est panis qui de celo descendit.] Hunc panem signauit manna, hunc panem signauit altare dei. Sacramenta hac sunt, & illa fuerunt: in signis diuersa sunt, in re q̄ significatur, paria sunt. Apostolum audi: Nolo autem uos: (inquit) ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare trāserunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eandem escam spiritalē manducauerunt. Spiritalem utique, non corporalem escam: quia illi manna, nos aliū spiritalem: sed patres nostri, non patres illorum: quibus nos similes sumus, non quibus illi similes fuerunt.

1. Co. 10.

Hic est ergo panis de celo descendens, ut si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. ]  
 ¶ Sed quod pertinet ad uirtutem sacramenti, non quod pertinet ad uisibile sacramentum: qui manducat intus, non foris: qui manducat in corde, nō qui premit dente.

Ego sum panis uiuusq̄ de celo descendi.  
 ¶ Ideo uiuus, quia de celo descēdi. De celo descēdit & māna: sed māna umbra erat, iste ueritas est.

¶ Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita. ]  
 ¶ Hoc quādo caperet caro, quod dixit panem carnē: Vocatur caro, quod nō capit caro. Et ideo magis non capit caro, quia uocatur caro. Hoc enim exhorruerunt, hoc assimilatum esse dixerunt, hoc nō posse fieri putauerunt.



[Caro mea est (inquit) pro mundi uita.] Norunt fideles corpus Christi, si corpus Christi esse non negligunt. Fiant corpus Christi, si uolunt uiuere de spiritu Christi. De spiritu Christi non uiuit, nisi corpus Christi. Quisq; uiuere uult, credat in Christum, manducet spiritualiter spirituale cibum, incorporetur corpori Christi, & non sit putridum membrum quod refecari mereatur. sit pulchrum, sit sanum, sit aptum capiti suo.

FERIA QUINTA PENTECOSTES. Lucae IX.

In illo tempore Conuocatis Iesus duodecim apostolis, dedit illis uirtutem & potestatem super omnia daemonia, & ut languores curarent. Et reliqua.

Concessa potestate primo signorū, misit eos predicare regnum dei, ut promissorum magnitudinem attestaretur etiā magnitudo factorum, fidem q; uerbis daret uirtus ostensa & noua facerent, qui noua predicarent. Vnde nūc quoque, cum fidelium numerositas excreuit intra sanctam ecclesiam, multi sunt qui uitam uirtutum tenent, & signa uirtutum non habent: quia frustra miraculū foras ostenditur, si deest quod intus operetur. Nam iuxta magistri gentiū uocem, Linguae insignum sunt non fidelibus, sed infidelibus. 1. Co. 14

Et ait ad illos: Nihil tuleritis in uia, neq; uirgam, neq; peram, neq; panem, neq; pecuniam, neq; duas tunicas habeatis. ] Mat. 10.  
Mar. 6.  
 q; Solet quæri. quomodo Matthæus & Lucas commemorauerint dixisse dominum discipulis, ut nec uirgam ferrent, cum dicat Marcus: [ Et præcepit eis ne quid tolle